



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

1 Iursidictio ordinaria est favorabilis: delegata, uti extraordinaria, odiosa,  
& restringenda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

jurisdictionem cum mero, & misto imperio, quam habent etiam alia capita Ordinum aliarum militiarum.

- 62 Vicarij generales Episcoporum, & quamplures alij habent ordinariam jurisdictionem.
- 63 Ordinariorum appellatione veniunt Episcopi, Archiepiscopi, Patriarcha, & Primates.
- 64 Suspicionis causa, quibus judices possunt allegari suspecti, qua sint.
- 65 Suspicionis causa coram eodem judice sunt alleganda, & juris arbitri eligendi.
- 66 Appellatio est admittenda à pronuntiatione super competentia judicis, vel suspitione.
- 67 Appellatio à non admissione ad juris arbitrorum electionem ad Papam est interponenda.
- 68 Suspicionis causa contra Ordinarium probata, datur adjunctus, sed regulariter ab eo causa non avocatur.
- 69 Suspicionis causa admissa, ad Sedem Apo-

stolicam spectat discernere, cui causa sit committenda, illamque sibi bene vise committere potest.

- 70 Ordinarijs locorum causa in prima instantia sunt regulariter reservata.
- 71 Ordinarij locorum proprie hoc casu, qui dicantur.
- 72 Causa intra biennium non terminata, quando habeat locum appellatio.
- 73 Causa in prima instantia, qua apud Sedem Apostolicam sint tractanda.
- 74 Beneficiales causa vigore Brevis Apostolici in prima instantia in Romana curia cognoscuntur.
- 75 Causa in prima instantiaratione celebrati contractus coram Ordinarijs locorum, qua non cognoscantur.
- 76 Causae beneficiales super beneficijs affectis, vel reservatis in curia Romana cognoscuntur.
77. Reservatio insicit titulum, possessionem, & operatur etiam reservationem causarum.

**O**RDIS potestas, quam habent Episcopi, probatur supra par. 1. cap. 4. num. 1. & seq. quam autem habeant potestatem jurisdictionis, infra patebit. Jurisdictionis potestas duplex est, ordinaria, & delegata: delegata vero duplex à jure vel ab homine, ordinaria ¶ favorabilis est, delegata autem uti extraordinaria, 3 odiosa, & restringenda, gloss. in c. 1. in ver. processus, & in c. 3. in ver. vel conventionis de rescript. in 6. Anchar. in cons. 215. nu. 8. Purpur. in l. 1. num. 434. de off. et. & Rot. de cis. 5. n. 3. & 4. de concess. preb. in antiquior. de ordinaria, qua dignior est, primo loco tractare decrevi.

2 Potestas jurisdictionis ¶ ordinaria con-

sistit in judicando, beneficijs conferendis, juramentis vassallorum recipiendis, investituris concedendis, in excommunicando, corrigendo, poenis plectendo, mitigando, absolvendo, & indulgentiis concedendis, & de quibus per Feder. de Sen. in cons. 302. Rever. pater, circa principum, qua omnia ante ¶ consecrationem potest Episcopus electus, & confirmatus ministrare, gloss. final. in capit. transmissam, & ibi Doct. de elect. quodque indulgentiarum concessio fit etiam jurisdictionis, quas pariter Episcopus nondum consecratus concedere potest, tradit Sylvest. in ver. indulgentia, num. 13.

4 Ordinariam ¶ jurisdictionem tribuere potest

Y